

ro sit nullum & non seruandum, & quod lex illa cor- rigatur per hæc iura, tenent Doctores ubique. ¶ Vnde cum hæc iura sint correctiua, debent intelligi & interpretari, vt lædant minus, quam possint ius comu- ne, & sic in casu tantum, quo loquuntur, scilicet, vt iuramentum seruetur, non vero, vt contractus valide- tur, vel qui validus est, irreuocabilis efficiatur, argu- mento text. in leg. si vero, §. de viro, cum similibus ff. solut. matrim.

Item & tertio, quia eadē facilitate & imbecillitate, qua minor inducitur ad contrahendum, eadem indu- citur ad iurandum: Ergo vtrobiq; contractus non de- bet confirmari, licet iuramentum valeat, argum. text. in l. doli, vers. diuersum ff. de nouat.

26 Item & quarto, quia iuramentum sortitur natu- ram contractus, super quo interponitur, ita vt si con- tractus ita demum intelligatur celebratus, si interue- nerit pecunię numeratio, ea deficiente, contractus iu- ramento non firmatur, vt in leg. fin. Cod. de non numerat. pecun. & in l. fin. ff. qui satisd. cogantur. Ergo ita & eo- dem modo in proposito dicendum erit, quod contra- ctus in se sit nullus propter defectum formę substan- tialis a iure requisitę in alienatione rei immobilis mi- noris, vt in totot. ff. de reb. eorum, & C. de pradijs & alijs reb. min.

Item, cum contractus de sui natura sit validus, reuo- cabilis tamen per restitutionem in integrum, qua minoribus competit, vt in tot. tit. C. & ff. de minorib; & de in integr. restit. min. iuramentum super huiusmodi con- tractu, interpositum non debet egredi eorum natu- ram, eos validos & irreuocabiles efficiendo, sed suffi- cit, & quod iuramentum ipsum seruetur, & impediat restitutionem prædictam.

Hæc opinio Portij fuit prius subtilis Raphael Cuman, in l. si quis pro eo in princip. in 3. column. ff. de fide. ussu- ribus, & eam tenet Ioan. Faber & idem Portius in prin. Inst. quib. aliena. licet vel non, & hanc opinionem con- tra communem Citramontan. & contra communem etiam Vltamontan. tenet Iaf. in presenti, numer. 36. & 37. tenent etiam alij relati per Couarr. ubi sup. & vi- detur receptor opinio secundum Andr. Alciat. qui eam sequitur, loquens in alienatione fundi dotalis, quod non firmetur iuramento, licet iuramentum sit seruandum, in l. pacta, qua contra, nu. 8. C. de pact. quem refert & sequitur Ioan. Orosc. in l. iuris gentium, §. si pa- cis, num. 4. & §. ff. de pact. ubi refert etiam priorem o- pinionem esse communem: eandem opinionem Cuman. & sequacium late defendit idem Alciat. in d. c. cum contingat, nu. 37. & seqq. & secundum eos seruiet de ma- ximis effectibus, quod seruari & custodiri debeat i- plius iuramentum, non vero contractus.

Et primus effectus est, quod si iuramentum tantum seruandum esset, non vero contractus, cum iuramen- tum sit personale, vt in dict. c. veritatis, & quæ notant ibi Innocent. Abb. & ceteri Doctores. de iureiurand. non ligaret heredes iurantis, neque ad ipsos transibit, quod erit secus, si contractus ipse confirmatur, quia tunc obseruantia ipsius contractus, licet non reatus perijurij obligat eos secundum communem opinio- nem supra positam & declaratam, hunc effectum po- nunt Portius ubi supra, nu. 12. Iaf. hic num. 38. & 40. Curt. Iun. n. 100. qui alios referunt. Certe maximus est effe- ctus, si esset verus.

Secundus effectus est, quod impetrata absolutione à prædicto iuramento, contractus remanebit, sicut si non fuisset iuratus: & per consequens inualidus, vel validus, reuocabilis tamen per restitutionem in inte- grum, & ita non remanent obligatus iurās, vel saltem possit restituere: ita additio Portij ubi supra, quæ est Iaf. idem Iaf. hic numer. 42. Curt. Iun. numer. 102. utilis pro-

fecto est hic effectus minorib; qui statim confugient ad iudicem Ecclesiasticum, & concessa sibi absolutione & relaxatione iuramenti, quæ facilliter solet con- cedi, erunt liberati à suo contractu & iuramento, si verus esset hic secundus effectus.

Tertius effectus est, quod si iuramentum tantum est seruandum, solutū virtute ipsius possit repeti tā- quam solutum sine causa, vt in c. debitores, de iureiuran. at vero si contractus esset validus vel irreuocabilis, iā repeti non potest, quia præcessit causa, ita Da. ubi sup.

Et ex primo effectu supradicto inferit Portius ubi supra, numer. 12. quod si statuto caueatur, quod mulier non possit obligari sine consensu parentum, & ipsa se obligauerit absque prædicto consensu, & iurauerit, re- nebitur seruare iuramentum, sed ea mortua heredes non obligabuntur, quia iuramentum est personale, & non transit ad heredes iurantis, contractum autem fuit nullus, & neq; contrahentem obligauit: Igitur neque eius heredes. Eodem modo inquit ipse in casu huius text. & in casu text. in cap. quamvis pactum, de pactis, in 6. heredes minoris iurantis contractum, vel filij re- nuntiantis cum iuramento successioni patris dote contentæ, non tenebuntur obseruare prædicta iura- menta.

Quartus effectus resuleret, quia si admittenda es- set opinio Fabri & aliorum contra communem, posset mulier, quæ rem dotalem alienauit cum iuramento, eandem reuendicare à tertio possessore, non habente causam ab emtore, ita in specie tenent Imol. Alciat. & Faber, relati per Cou. ubi sup.

Ego vero in hac controuersia nostrorum semper tam in Theorica & puncto juris, quam in consulendo & iudicando, & sic in practica tenebo opinionem gl. Citramontanorum contra opinionem Vltamontan. per fundamenta superius adducta, & quia opinio Ci- tramontan. magis communis est & semper obseruata fuit in practica, vt constat ex Doctores, & fundamen- tis præcipuis Vltam. iam est satisfactum supra. Ter- tiam vero opinionem Cuman. Portij & Iaf. & reli- quorum respuendam esse cenfeo, tanquam falsam ju- ristique contrariam.

Primo, quia i. tex. noster & similes supra allegati pro opinione Portij satis præsupponunt & insinuant, iuramentum confirmare actum, super quo interponi- tur: nam etsi verbis non expriment, sensu tamē & in- tellectu id significant. Quid enim est aliud, iuramen- tum in prædictis casib; obseruari, q̄ etiam sub eo con- tentum, hoc est, contractum & quemcunq; actum li- citum: alias enim esset continens sine contento, quod esse non potest. Item, vna atq; eadem res diuerso iure cenferetur, contra regulam text. in leg. cum qui ades, cum similibus ff. de vsucap. Et quod hæc sit mera veritas, ipse in casu nostri text. comprobo ex text. in l. i. sup. eod. ubi probatur, & dicit Imperator Alexand. quod si minor 25. annis venditionem prædij seruare iuramento cō- firmavit, ipse non vult esse auctor perfidiæ, hoc est, contra fidem pacti, secundum gloss. ibi, neque periurij. Ecce igitur ibi textum expressum, iuncta sua gloss. qui non solum considerat periurium & fractio- nem iuramenti, si contractus non seruetur, sed etiam ipsius contractus violationem: Ergo iuramentum in casu illius tex. qui est similis nostro, præstitit fidem contractui. Neque huic inductioni vnquam oberit, si dixeris, eam procedere iuxta intellectū Martini, de cuius veritate nunc agimus, existimantis, text. illum indistincte loqui, tam in contractibus nullis, quam validis, quia secundum hunc intellectum magis vr- get hæc ponderatio, quia si in casu illius tex. contra- ctus erat nullus, & iuramentum super illo præsti- tum non seruatur, Imperator non vult esse auctor fractio-

fractionis pacti, hoc est, contractus, consequens est, vt in nostrorum casu iuramentum præstet robur con- tracti, & ipse contractus sit etiam seruandum. ¶ Præ- terea si lex illum intelligeremus iuxta intellectū Bul- gar. existimantis, loqui & procedere tantum in con- tractibus de se validis, licet reuocabilibus, etiam hoc modo intellectus tex. ille facit pro magis communi o- pinione Citramontan. contra opin. Cuman. & sequa- cium; Nam ex illo manifeste ostenditur, quod in casu ipsius, contractus efficiatur irreuocabilis per iuramen- tum, & sic nõ competat restitutio, dum dicit, neq; per- fidie me auctorem futurum, hoc est, contra fidem pacti, iuxta gl. ibi, & sic contractus huiusmodi iuramento val- latus minime violabitur, & ita intelligit tex. illū gl. ibi in prin. & omnes Doctores, ubi, & in presenti, vt infra latius videbimus. Præstitit igitur ibi iuramentum robur con- tractui etiam valido, quando quidem efficitur irreuo- cabilis, & ita vtroq; modo intellectus tex. ille est opti- mus & expressus, sic inducendo eum pro nostra opi- nione magis communi, quod iuramentum confirmet contractum etiam nullum, & validum faciat irreuo- cabilem contra opinionem Cuman. & sequacium.

Secundo ipse hoc probo per tex. expressum in ca- pit. quamvis pactum, de pact. in 6. ubi probatur, quod pa- ctum, de quo in illo text. quamvis sit in se nullū, quia id improbat lex civilis, vt ibi dicitur, firmatur iura- mento, & ipsū pactū sic iuramento firmatum, omni- no seruari præcipit tex. ille. Ecce igitur tex. ad literā, quo expressior inueniri non potuit pro nostra magis communi opinione, & contra opinionem Cuman. & sequacium, quo text. prædict. noua opinio confundi- tur, & per illum tex. hæc est communis opinio secun- dum Curt. hic num. 106. est etiam communis, & ubique seruatur in practica, secundum Marian. Soc. Iun. & conf. 32. n. 16. & sequentibus, vol. 3. conf. 47. nu. 18. eodem vol. scilicet, quod per iuramentum confirmetur contra- ctus nullus, & ex eo clare constat, eiusdem mentis & intellectus fuisse Papam in dictis c. cum contingat, & similib; quamvis expresse non declarauerit, & ita glof. in dict. cap. quamvis pactum, in verb. seruari debet, tenet opinionem nostram Citramontan. & huic tex. in dict. cap. quamvis pactum, nescit dare responsum Iaf. qui est de sequacibus Portij, & numer. 4. inquit, tamen vnus tex. facit me aqualiter dubitare in c. quamvis pactum, de pact. in 6. §. 6. & ex his textibus remanet satisfactum fundamentis supra adductis pro 3. opinione in effectu, nec placet responso noua assignata per Ioan. Orosc. ubi supra, in d. §. si paciscar, numer. 5. ad dict. cap. quan- vis pactum, & ad nostrum text. scilicet, quod in his nullus respectus vtilitatis publicę nec in consequentiā fuit, sed tantum obligantium se fauore pacta prohibetur, ideo firmantur iuramento: at in casu d. cap. cum contin- gat, & d. c. licet mulieres, quia alienatio fundi dotalis prohibetur præcipue fauore mulierū, secundario vero fauore Reipub. cuius interest mulieres esse dotatas, vt in l. i. ff. solut. matrim. ideo non firmatur iuramento, quia ratio hæc fragilis est; Quandoquidem sufficit confir- mari alienationem fundi dotalis cum iuramento re- spectu mulieris, quæ est principalis, quia eo ipso con- firmabitur ratione Reipublicę, quæ est accessoria, & secundaria in prædict. fauore, cum accessorium debeat sequi principale eiusq; vires capere, cum ab eo depen- deat, iuxta regul. Iuris vulgarem, accessorium, &c. quod etiam probatur, quia eadem rationib; Summus Pon- tificex mouetur in d. c. cum contingat, quib; & in d. c. quan- vis pactum, cum iuramentum non vergat, &c. Ego idem operatur iuramentū in vtroq; casu. Non obstat etiam responso Alciat. in d. c. cum contingat, nu. 37. quod dum dicitur, est seruandum, debemus referre ad proximo- ra, scilicet, ad iuramentum, non vero ad pactum, &c.

quia hæc relatio fieri non potest, salua resta constru- ctione.

Vltimus & tertio iure Regio idem probo per l. 16. 29 tit. 11. par. 3. cuius verba sunt hæc: Esto serua como si algu- no que fuesse mayor de catorze años, y menor de venticin- co, si fuesse alguna postura, o pleito, y iurasse que no venia contra ella, por razon de que era de menor edad, ca despus no la podria de satar, maguer mostrasse que e a fecho danno, o menoscabo: ponderanda sunt verba: Ca despus no la po- dria de satar: Nam verbum, La, refertur ad verbū præ- cedens La postura: & sic contractus remanet confir- matus per iuramentum: & ita est intelligenda altera lex Regia, quæ in contrarium fuit adducta: nam idem voluit dicere & probare.

Ex eadem radice inferitur, falsos profus esse tres effectus & illationem supra positos ex prædicta tertia opinione, præterquam quod sunt contra communes & veras sententias supradictas: Nam supra probauimus, quod licet reatus periurij non transeat ad heredes, obseruantia tamen contractus & efficacia iura- menti bene transit, quæ est communis opinio, vt supra- dictum est, & fundatur ex hac magis communi opinio- ne Martini & Citramon. existimantium, contractum nullū confirmari iuramento, & in specie, quod in casu d. c. cum contingat, heredes mulieris teneantur obser- uare contractū iuratum per ipsam mulierem, est communi opinio secundum Cou. de pact. in 6. par. 2. §. 1. n. 7. colum. 3. illius numeri fol. 69. col. 4. ubi reprobatur opinio- nem Abbat. in d. c. cum contingat, existimantis, quod et- iam si contractus non firmetur iuramento, teneantur heredes iurantis seruare contractum.

Item circa secundum effectum supradictum iam supra probauimus contrarium cum Felino, Cou. & alij, quorum opinio fundatur etiam ex hac nostra magis communi sententia Martini & Citramont. quæ ob- stat suprad. effectui.

Item tertius effectus etiam confunditur ex suprad. magis communi opinione, & illationes etiam confun- duntur ex ea, præterquam quod sunt contra commu- nem opinionem expressam, de qua supra mentionem fecimus: quartus effectus etiam est falsus & contra communem, secundum Cou. ubi supra dict. nu. 7. versio. tertio.

Restat nunc satis defensata & probata opinio Mar- tini & Citramon. ceteris explosis, scil. quod iuramen- tum confirmat contractum nullum, videlicet, quia mi- nor vendidit rem suam immobilem sine decreto præ- toris & absq; auctoritate curatoris: hanc opinionem limitat Bar. & ceteri scribentes hic aliquibus modis, qui possunt videri per ipsos, & quibus vnum tantum, vel duos inferere & examinare placuit, quia vtilis est.

Scilicet, quod iuramentum tantum validat & confir- mat contractum, eo casu, quo erat nullus ratione minoris ætatis, vt quia sine decreto prætoris, vel au- thoritate & licentia curatoris fuit celebratus, vel quia minor ex eo esset læsus, ita vt non possit petere in integrum restitutionem, quia iuramentum eum re- præsentat maiorem, secus si contractus fuisset inuali- dus alia ratione, quam ætatis, quia in istis terminis præcedit præd. communis opinio & nostra authentica ita Bart. in presenti, n. 14. & ceteri omnes, præcipue Iaf. nu. 47. & Curt. Iun. n. 107. dicens, ita sentire omnes hic, & est communis opinio secundum Tellum Fernand. in l. 7. Taur. nu. 108. sequitur etiam Greg. Lopez in l. 6. tit. 1. 19. partit. 6. in gl. Por. raxon, & idem in l. 6. tit. 1. partit. 3. in gloss. 2.

Et omnes t̄ concludunt esse cautelam, vt iuretur 3a non contravenite ratione minoris ætatis neque alia quacunq; ratione, vt omnia remedia tollantur, & ita intelligendæ sunt dict. leges Regiæ supra allegatæ, &c.



dicentes & probates, qd si plures iurent non contrauenire contractibus suis ratione minoris etatis, debeat seruari iuramentum; Nam intelligi debent eo tantum casu, quo contractus sit nullus, vel reuocabilis ratione minoris etatis, no vero ex alia causa, vnde, vt omnia remedia excludatur, seruari debet & practica-ri pæd. cautela, quod dicant & iurent non contrauenire ratione minoris etatis neq; alia quacunque ratione iuxta supradicta; & tenet etiam Tellus Fernandez *ubi supra, num. 11.* & hoc casu intelligendus est loqui Maria Socin. *Junior conf. 32. numer. 81. vol. 3.* dum ex Paulo de Caltr. & Dec. tenet, quod per iuramentum confirmatur contractus inualidus, etiam si in eo essent plures defectus, & idem Mar. Socin. *iterum conf. 86. nu. 35. volum. 3.*

Sed oportet hic nunc breuiter videre; *Quoniam sit alia ratio vel causa, qua contractus minoris sit nullus prater illam, quæ ratione minoris etatis favorabilis solet esse minoribus, ad hoc, vt contractus firmus & irrevocabilis vndiq; sit, vt de illa quoq; saltem signo quodam generali suprad. mentionem facere oporteat.* In quo Doct. hic duo exempla præfigunt, quib. id demonstrant. *¶ Quorum primum est in casu f. in l. fin. §. fil. s. autem, Cod. de bonis qua l. b. vbi probatur, quod filiusfamil. non potest alienare, quocunq; titulo id fiat, vel hypothecare vel pignoris iure submittere res suas, quarum vsum fruct. pater habet; Nam hoc casu etiam filius iuret huiusmodi contractum & alienationem, minime seruabitur iuramentum, neque contractus ipse iuramento firmabitur, quia ja hic alia ratio, quam minoris etatis, propter quam infringatur & sit nullus momenti contractus, adest, scil. prejudiciu tertij, h. e. patris in suo usufructu per legem sibi in prædictis bonis cõperenti, causato & effecto à patris potestate, quod fieri non potest, ita Bald. Ant. Salyc. & Paul. in d. §. filius autem. & Iaf. hic n. 47. Curt. *Iun. n. 108.* & optime Paul. de Cast. in l. v. heredi, §. filiusfamil. n. 4. & §. ff. de pact. vbi dicit, ita se consuluisse, licet iudex aliter pronuntiauit, quæ opinio concors omnium est secund. Io. Orosc. *ibi n. 5.* qui alios allegat, sequitur etiam dicens veriore & tenendam sine distinctione quadam Imol. Ant. Gom. *2. tom. c. de seru. numer. 10.* vbi allegat bona iura in argumentum pro hac opinione.*

34 Secundum exemplum, quod ¶ Doct. ponunt, est in minoribus, concedentib. feudum, non adhibentib. pares curiæ; Nam hoc casu licet iurent, concessio non firmatur prædict. iuramento, ex eo, quod defecit solemnitas requisita, ita referunt cum Bald. Iaf. hic num. 48. Curt. *Junior 109.* & sic possunt in alijs similib. casibus exempla fingi, hæc duo sufficiunt; vt intelligantur, quæ supradicta sunt.

35 Secundo principaliter supradicta opinio receptissima Citramont. limitatur, vt procedat de iure communi, quo iura inhihent & prohibent contractus minoru & sic dirigunt prohibitionem in ipsorum contractus, secus vero erit, si per statutum prohibeatur ne minores contrahant sine præsentia cõsanguineorum, vel quod nullus audeat contrahere cum minoribus absq; præd. præsentia cõsanguineorum, provt dicunt Doct. esse statuta per multas ciuitates Italiæ; & sic quando statuta principaliter dirigunt suã prohibitionem in personam, itaque multum interest, vtrium prohibeatur contractus minoris, vel persona ipsius minoris sit prohibita cõtrahere; Nam priori casu, sicut est prohibitum de iure comuni & Regio, quod commune etiam appello in hoc proposito, iuramento firmatur, vt in nostro tex. probatur & in legibus Regijs, posteriori vero non, secundum Bartol. *hic nu. 15.* qui reputat esse menti tenendum per fundamentum, quod ipse facit, quod quidem non magis videtur mititare in vno casu, quam in alio: Eandem opinionem

tenet expresse idem Bartol. in l. si quis pro eo, numer. 11. ff. de fideiusor. ad quem locum se remittit idem Bart. in l. non dubium, in finalibus verbis, Codic. de leg. b. vbi dicit, hæc materiam se ibi plenius explicuisse, quam aliquis homo de mundo: idem licet in alio proposito tenet idem Bart. in l. decernimus, numer. 1. Cod. de recept. arbitr. idem Bart. in terminis nostri tex. in l. 2. in finalibus verbis, C. de fideiusor. dot. dentur, & hanc opinionem Bart. sequuntur Bald. & Angel. relati per Curt. *Iun. hic nu. 103.* qui dicit, quod ipse se semper legendo & consulendo tenuit hanc opinionem: pro qua opinione facit etiã, quia quoties lex resistit actui, iuramentum super eo positum est nullum & non debet seruari, *tex in d. l. non dubium, C. de leg. b. & hanc Barr. opinionem sequuntur communiter Legistæ, secundum Couar. qui id asserit ex testimonio Ioan. de Imol. & Roder. Suar. de pact. in 6. par. 2. relection. §. 2. in princip. & in numer. 1. vbi allegat eandem opinionem, ibi non contradicitur suæ differentie positæ per eum, vbi supra, quia ibi non format questionem, quando statutum dirigitur in personam minoris, sed quando dicit statutum, quod minoris contractus non valeat, nisi interuenierit consensus duorum propinquorum, quia hoc casu vbiq; fatetur Bart. non valere statum, & seruandum esse iuramentum. Sed nihilominus hanc secundam opin. contra Bart. differentiam, vbi supra tenet in præsentia Paul. de Caltr. *num. 11. ad fin. dicens, le ita plures consuluisse de facto, & vidisse alios cõsultentes, & quod Raphael ad hæret huic opinioni, dicens, se vidisse consilia contra Bart. etiam Canonistarum, contra quem tenet etiam Salyc. in præsentia n. 27. dicens, quod differentia Bar. potius est verbalis, quam realis. Nam statutum annullas contractum absque certa solemnitate factum cum minore, videtur prohibere ipsum minorem contrahere absq; illa solennitate: & sic in effectu & implicite prohibet personam ipsam contrahere, quia qui disponit de effectu, disponit de causa, & qui vult consequens, vult & antecedens necessarium, vt in l. 2. rem mobilem, & in l. ad legatum ff. de procurat. cum similib. & in illud, ff. de acquir. heredi. vnde inanis est differentia Bart. inter verb. statuti prohibentis personam minoris cõtrahere sine certa solemnitate, vel annullantis contractum etiam iuratum celebratū absq; eadem solemnitate, & lex rebus & non verbis imponenda est, vt in l. 2. C. communia de legat. & hanc partem contra Bartol. sequitur optime eam probans per decem argumenta, ad quem est semper recurrendum, Alexand. *consil. 27. incip. viso libello producto per procuratorem Petri, in antepen. colum. vol. 1. n. 5. & seq. vbi dicit, quod fere omnes Doct. Canonistæ & Legistæ tenent hanc opinionem contra Bart. & sequitur idem Alex. conf. 38. num. 10 & 11. vol. 3.* hanc etiam opinionem contra Bartol. tenet & dicit communem Legistarum & Canonistarum plures Doct. referens Iaf. in præsentia nu. 51. & duob. sequi, & tenent plurimi relati per Curt. *Iun. in præsentia, n. 113. & 114. vbi inquit, non esse recedendum à communi opinione contra Bart. & quod ita ipse sepe consuluit sequendo Bar. in d. l. omnes populi. Aduertatis supplico ad diuersa & contraria consilia eiusdem Doctoris in eodem articulo, nam prius dixerat se primam opinionem Bar. semper in legendo & consulendo tenuisse, & nunc dicit sæpe consuluisse contra Bart.***

Contrariam tamen opinionem, imo quod supradicta differentia Bart. non sit vera, sed quod vtroq; casu iuramentum sit seruandum, videtur tenere idem Bar. in l. omnes populi in 4. q. prin. nu. 15. ff. de iust. & iur. licet reuera si bene inspiciatur, ibi non contradicitur suæ differentie positæ per eum, vbi supra, quia ibi non format questionem, quando statutum dirigitur in personam minoris, sed quando dicit statutum, quod minoris contractus non valeat, nisi interuenierit consensus duorum propinquorum, quia hoc casu vbiq; fatetur Bart. non valere statum, & seruandum esse iuramentum. Sed nihilominus hanc secundam opin. contra Bart. differentiam, vbi supra tenet in præsentia Paul. de Caltr. *num. 11. ad fin. dicens, le ita plures consuluisse de facto, & vidisse alios cõsultentes, & quod Raphael ad hæret huic opinioni, dicens, se vidisse consilia contra Bart. etiam Canonistarum, contra quem tenet etiam Salyc. in præsentia n. 27. dicens, quod differentia Bar. potius est verbalis, quam realis. Nam statutum annullas contractum absque certa solemnitate factum cum minore, videtur prohibere ipsum minorem contrahere absq; illa solennitate: & sic in effectu & implicite prohibet personam ipsam contrahere, quia qui disponit de effectu, disponit de causa, & qui vult consequens, vult & antecedens necessarium, vt in l. 2. rem mobilem, & in l. ad legatum ff. de procurat. cum similib. & in illud, ff. de acquir. heredi. vnde inanis est differentia Bart. inter verb. statuti prohibentis personam minoris cõtrahere sine certa solemnitate, vel annullantis contractum etiam iuratum celebratū absq; eadem solemnitate, & lex rebus & non verbis imponenda est, vt in l. 2. C. communia de legat. & hanc partem contra Bartol. sequitur optime eam probans per decem argumenta, ad quem est semper recurrendum, Alexand. *consil. 27. incip. viso libello producto per procuratorem Petri, in antepen. colum. vol. 1. n. 5. & seq. vbi dicit, quod fere omnes Doct. Canonistæ & Legistæ tenent hanc opinionem contra Bart. & sequitur idem Alex. conf. 38. num. 10 & 11. vol. 3.* hanc etiam opinionem contra Bartol. tenet & dicit communem Legistarum & Canonistarum plures Doct. referens Iaf. in præsentia nu. 51. & duob. sequi, & tenent plurimi relati per Curt. *Iun. in præsentia, n. 113. & 114. vbi inquit, non esse recedendum à communi opinione contra Bart. & quod ita ipse sepe consuluit sequendo Bar. in d. l. omnes populi. Aduertatis supplico ad diuersa & contraria consilia eiusdem Doctoris in eodem articulo, nam prius dixerat se primam opinionem Bar. semper in legendo & consulendo tenuisse, & nunc dicit sæpe consuluisse contra Bart.**

Vnde

36 Vnde non est mirandum, quod Doct. vel aduocatus, mutato consilio, aliud iudicium vel consilium diuersum ab eo, quod prius dederat in causa sibi commissâ vel consulta, dederit.

37 Nã & iudici licet mutare & reuocare, quod prius interloquendo protulit, vt in l. quod iussu ff. de re iudic. & in c. cum cessante, de appellat. iuxta illud, non pudeat vos errores vestros corrigere, de quo, quando liceat homini suum dictum corrigere & emendare, & sic variare, videndus est omnino Iaf. in l. si ex toto, §. si n. 27. & sequentibus ff. de l. 1. plura adducens, & in aduocato, qui pro vna parte consuluit, liceat ne ei variare & mutare errorem suum, videndi sunt Iaf. & Decius in leg. edita, in quinto notabil. & idem Curt. *Iun. n. 43. C. de edend. §. l. 2. tit. 16. li. 2. ordin. noui. Noua Recopil. legum Regni, & Bernard. Diaz. ipsiusq; addition. in regul. 19.* Sed caueant iudices & aduocati, ne hoc faciant ob alium respectum, quæ vt errorem suum corrigant, videntes non esse securam partem, quam prius sumserunt, securam inquam in iustitia & in cõscientia; Nã tuc meretur, quod mutant iudiciu seu consilium, quia sapietis est mutare consiliu, non vero id faciant, vel donis corrupti, vel amore, odio, vel timore affecti, sed semper veritas in ore eorum elucescat. Et vt ad rem reuertamur, eandem etiam secundam opinionem restatur communem Alex. *conf. 29. n. 14. vol. 7.* loquens in muliere prohibita contrahere per statutum sine præsentia cõsanguineorum.

38 Hæc communis opinio fulcitur ¶ hoc potissimo fundamentò, per quod satisfit fundamentis. Bart. scilicet quia huiusmodi statutum emanat per viam præcepti favore personæ, cui sit præceptum, hoc est, minoris, quo casu transgressio præcepti non obligat ad penam, quia censetur potius habere vim consilij, quam præcepti, vt in l. 2. §. ff. mandata. & in l. cum pater, §. mando. ff. de l. 2. l. Titio centum. in princ. & in l. cum tale, §. penul. ff. de condit. & demonstrat. & ita faciens contra consilium superioris, non peccat, vt dicit l. non dubium, & fundamenta Bartol. loquuntur & procedunt, quando statutum huiusmodi respicit principaliter vtilitatem publicam, quod non est in nostro casu, licet Bart. ad eum applicet, & vltra supradicta, eandem etiam sententiã communem cõtra Bart. dicit communem Ioan. Orosc. in d. l. omnes populi, numer. 79. & 80. dicit etiam communem contra Bart. eam secutus plures referens & bene defendens & respondens fundamentis contrariæ partis. Couarr. *vbi §. n. 7. vers. primum falsum esse Bart. opinionem, & inter alios Dd. quos refert vnus est Alciat. in c. cum contingat, nu. 96. de iureiur. qui est omnino videndus, quia assignat quasdam interpretationes huic communi opinio. hanc etiam opinionem, sequitur & dicit communem, asserens, opinionem Bart. esse communiter damnatam ex testimonio Alex. Menchac. de success. creat. §. 26. nu. 43.*

39 Quæ communis sententia, meo iudicio, verissima est per supradicta, & tenenda in iudicando & consulendo, ex qua inferri potest ad intellectum l. 55. Taur. præcipientis, mulierem nuptam minime posse contrahere vel distrahere absque licetia viri, quæ lex hodie per inuictissimum Philippum II. Regem nostrum posita est in l. 2. tit. 3. lib. 5. ordin. noui in Recopilatione noua Regali; Nam hoc casu iuxta supradictam communem sententiam videtur, dicendum iuramentum in casu d. l. Regia validare contractum mulieris nuptæ celebratum absq; licetia viri sui.

40 Præcipue, attentâ ¶ communi opinione, quam refert Alexand. *dict. conf. 29. n. 14. volum. 7.* vbi dicit, quod est communis opinio, vt stant statuto, quod mulier non possit contrahere sine præsentia cõsanguineorum, iuramentum tamen mulieris cõfirmet contra-

ctum per ipsam celebratum absque præd. solemnitate: Ergo ita in proposito videtur necessario dicendum in nostro casu, cum dicta l. Regia præcipiat & prohibeat, ne mulier nupta possit aliquem contractum vel distractum facere & celebrare absq; licetia viri, quod si ipsa iuret contractum vel distractum suu celebratum sine licetia viri, valeat prædict. contractus & cõfirmetur iuramento, eandem etiam opinionem Alex. in proposito tenet Paul. de Caltr. in l. si n. 4. ff. qui satisfaciant cogant. & in expressis terminis d. l. Regia hanc opinionem tenet Palatius Rubeus in reper. Rubr. de donat. inter vir. & vx. §. 68. n. 30. vbi ad hoc allegat plures Doctores iuris communis.

41 His tamen non ¶ obstantibus, contrarium est tenendum, imo quod in casu d. l. Regia iuramentum mulieris non confirmet contractum vel distractum gestum per ipsam absq; licetia viri, & ita inuenio, quod in terminis statuti de iure communi tenet Bald. in Rubrica, de iureiur. an. in volumine decreti quem refert & sequitur Roderic. Suar. in lectura l. fori, tit. De las arras, in 3. questione, & hanc opinionem in terminis huius legis Regia tenet etiam Cysuentes in leg. 36. Taur. in 4. colum. in versicul. quod primo limita, vbi ad hoc allegat Ioann. Fab. & alios, eandem etiam opinionem simp. iciter ad hanc l. Regiam tenet Menchac. de success. creat. 26. n. 42. & 43. & quod magis est, eandem opinionem tenet expresse ad dict. l. Regiam Palatius Rubeus *ibid. in d. l. 55. n. 18. & Couarr. iu 4. 2. part. e. 7. §. 1. n. 3. & Petrus Nunnez Auendan. 2. part. e. 27. par. 1. n. 15. & iterum in suo dictionario, verb. Orrogamiento, fol. 23. col. c. ad fi. & Ant. Gomez in dict. l. 55. Taur. n. 8. vbi tantum Fabrum & Cysuentes allegat, & tenet etiam Iaf. in l. 2. n. 16. ff. de legat. 2. sequitur etiam D. Did. Perez in l. tit. 8. li. 3. ordin. colum. 1025. in princip. vbi tantum allegat Couarr. vbi supra.*

Hæc opinio duo habet fundamenta. Primum doctrinam Bartol. communiter approbatam, vt supradicta est in dicta leg. si quis pro eo, numero 11. ff. de fideiusor. vbi quando lex vel statutum dirigit prohibitionem suam in personam minoris vel mulieris, contractus non firmatur iuramento, sed nostra lex Regia prohibitionem dirigit in mulierem nuptam, vt minime contrahat vel distrahat sine licetia mariti; Ergo si contrahat & iuret, nihilominus contractus non valebit. Sed huic fundamento potest responderi, quod illa doctrina Bart. non est vera neq; tenenda, sed imo contraria opinio est verior & communior, vt supra late dictum & probatum est: Vnde ex hoc resultat, non solū fundamentum primum suprad. huius nostræ opinionis ad dict. l. Reg. esse nullius momenti, sed etiam fundamentum contrarium nostræ opinionis dari, quod fuit adductum pro prima opinione supra posita ad d. l. Reg.

42 Ideo secundum ¶ fundamentum huius opinio, verissimæ, & id quidè vrgentissimū tale est, quod ideo iuramentum in casu d. l. Regia non confirmat contractum mulieris, quia est in præiudiciu alterius tertij, scilicet mariti sui, siue loquamur in rebus proprijs & patrimonij ipsius mariti, siue in rebus dotalibus, quia maritus constante matrimonio est dominus dotis, vt in l. doce ancillam, Cod. de rei vendic. quia dos datur pro sustinendis oneribus matrimonij, vt in l. pro oneribus C. de iur. dot.

Vnde in præiudiciu & damnum mariti iuramentum mulieris absq; licetia ipsius vii nihil valet nec est seruandum, vt probat tex. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. in finalibus verbis ibi, nec redundet in alterius detrimentum, & in c. cum contingat, ad fin. de iureiur.

Pro qua etiam opinione facit communis opinio & sententia Doct. om. quam supra r. ad idimus dicentes, filiumfamil. non posse alienare bona aduentitia,